

πλωσι, non solùm αὐτοχέδον iactare pos-
 sunt, sed & quod initio quoq; dictum
 est, aliorum & quidem antiquiorū præ-
 clarorum virorum, quorum vel sola no-
 minis auctoritate, vniuersa postremorū
 sæculorū schola permoueri possit, imi-
 tatione nituntur: tales me hercle viri,
 qui veris nature, artisque principijs in-
 structi, data opera non possunt vel im-
 piè egisse, vel temerè lusisse: quorum
 & christiana pietas cæcutiētibus ethni-
 cis longè præstat, & eruditio solida qui-
 busuis posteris exēplo esse debeat. Cō-
 stitit ergo materia medicinali conueni-
 re inter se omnes, vt quamuis nonnulla
 rariùs ab antiquis in vsum medicū ad-
 hibita sint, adhibita tamen fuerint: aut
 si penitùs non adhibita, eadem saltem
 experiundi dexteritate, qua Galenus,
 aliq; antiquorum sunt vsi, seruatis verè
 philosophiæ & medicinæ principijs, ab
 alijs, non ijs tantùm, quibus Chymico-
 rum nomen eximiè debetur, sed firmis
 etiam Galeni sectatoribus inuenta. An-
 non aūt Galeni, antesignani nostri pri-
 uilegio id sit concessum? Homini, in-
 quit, qui prudēs est, & diligens & men-
 te ex-

14. Meth.

17.